Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Fallax gracia et vana est pulchritudo mulier timens deum
ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum et laudent eam in portis opera eius. Secundum Matheum.
In illo tempore loquente ihu ad turbas. ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui tecum. Dixit autem
ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te. At ipse respondens dicenti sibi ait. Quis est
mater mea. Et qui sunt fratres mei. Et extendens
manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et
fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris
mei qui in celis est ipse meus frater soror et mater est.
Fratres mei karissimi. Clemens papa et unus ad
et desideratissimum gaudium. philippenses
meum et corona. sic state in domino karissimi. Euchodiam
rogo et sintichen deprecor. idipsum sapere in domino. etiam
rogo et te germane compar adiuva illas que mecum
laborauerunt in euangelio cum clemente et ceteris adiutoribus
meis quorum nomina sunt in libro vite. Gvm. Homo
quidam peregre. In vigilia Andree. lectio sapientie.
Benedicamus domino super caput iusti. Ideo dedit illi he- ndo9
reditatem et diuisit partem inter duodecim
et inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Magnificauerunt eum in timore inimicorum. et in iubis suis mons
tra placauerunt. Glorificauerunt eum in conspectu regum.
et ostendit illi gloriam suam. In fide et lenitate suis
sanctum fecit illum. et elegit eum ex omni carne. Dedit
illi precepta et legem vite et discipline. excelsum fecit
illum. Statuit ei testamentum eternum. et circumdedit eum
zona iustitie. Et induit eum dominus corona glorie.